Fragmentarium

genitricis eiuſ humilitate dedicatā. ſacra euangelii lectio
deſignat. exponenſ eoſ qui legi nichil debeant implendis
ſe legalibuſ ꝑ omnia ſubdidisse decretiſ. ſicut modo cū
legeretur audiuimuſ. Poſt quā impleti ſunt dieſ purga
tioniſ eiuſ uidelicet matriſ illiuſ ſcd̄m legē moyſi. tule
runt in hierl̄m ut ſiſterent eū dn̄o ſic̄ ſcriptū eſt in lege
dn̄i. quia omne maſculinū adaperienſ uuluā ſcm̄ dn̄o
uocabitur. Precepit nāq; lex ut mulier que ſuſcepto ſe
mine peperiſſet filiū immunda eēt ſeptē diebuſ. et in die
octaua circūcideret infantulū nomēq; aptaret. deinde eciā
alioſ triginta treſ dieſ ab ingreſſu templi ac uiri thoro ab
ſtineret. donec quadrageſimo natiuitatiſ die filiū cū hoſtiiſ
ad templū dn̄i deferret. primogenitū aūt omne maſculi
ni ſexuſ ſcm̄ dn̄o uocari. ideo munda queq; offerri deo.
inmunda autē mundiſ mutari uel occidi. et hominiſ
primogenitū quinq; ſicliſ argenti debere redimi.
Si autē fęminā peperiſſet mulier. inmunda fieri iuſſa e
quattuordecim diebuſ. et ſexaginta et ſex diebuſ aliiſ
a templi ingreſſu ſuſpendi. donec octogeſimo natiuita
tiſ die que dieſ purgationiſ eiuſ uocabatur. illō ſe ſuāq;
ſobolē hoſtiiſ ſcificatura ueniret. ac ſic demū ad thorū
uiri libera redire debere. Intueamur frſ̄ kmi diligenti
uſ uerba legiſ que ꝑpoſuimuſ. & uidebimuſ aptiſſime
quā beatiſſima dī genitrix et ꝑpetua uirgo maria ſimul
cū filio que genuit. ab omi fuerit legiſ ſubiectione liber
rima. Cū eni dicat lex mulierē que ſuſcepto ſemine filiū pe
periſſet. inmundā decerni et ꝑlonga tempora ſimul cum
prole [illegible]

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. Ser. n. 4245, CodSerN_4245_3v – Lectionarium officii
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-wtw5/2757/31495)